poteſt tūc illud corrigere, ⁊ aptare vt vult. l. ſi quis decurio. C. ꝺ fal. Aut reſtituit inſtrumētū in publicā formā, ⁊ tūc aut vult corrigere eodē modo quo corrigit lex, ⁊ pōt, q2 habet iuris preſumptionē ꝓ ſe, aut circa aliud, circa ꝙ lex nō ꝑſumit, ⁊ tūc nō poteſt tamen dicit ibi Bal. ꝙ addere poteſt ꝙ ꝑ errorē omiſiſſet, ſicut teſtis. arg. eorū que no. in auth. de teſti. §. q2 vero. Errorē aūt partis tabellio corrigere non poteſt. l. ambiguitates. C. ꝺ teſt. l. illa inſtitutio. ꝗ. e. ⁊ ibi dicit, ꝙ poteſt addere que per errorē omiſit. Sed ꝯſuluit Dy. cōſi. xxiiij. ꝙ omiſſio indictionis vitiat īſtrumētū, ſed error in cōputatione non vitiat, ex eo, q2 error in cōputatione eſt aliud quā omiſſio indictionis. ⁊ ideo dicebat idē Bal. i d. l. Imperator. ꝙ ſi notarius vult corrigere errorē, puta circa indictionē, vꝫ inſtrumentū, q2 indictionis error nō nocet, q2 trahitur ad cōputationē certi temporis. i. menſis, ⁊ diei, ergo notari⁹ pōt illū corrigere, q2 idē facit ipſe ꝙ lex, ⁊ ꝺt Bal. ꝙ op. Dy. eſt verior, q2 maior eſt defectus omiſſionis, quā cōmiſſio erroris l. Titi⁹. ⁊ l. gallus. §. in omnib⁹. de lib. ⁊ poſth. ⁊ lꝫ Bal. ibi, ita dicat, tñ contrariū dixit in d. l. Imperator. l. ꝙ notarius pōt addere inſtrumento illud ꝙ omiſit, ⁊ idem Bal. in ru. C. de fi. inſtr. in ver. ſꝫ pone ꝙ tabellio in imbreuiatura, quē vide omnino, vbi diſtinguit in iſta materia, put ꝺ. ⁊ idē Bald. in l. ꝓponebatur. ff. de iudi. dixit circa iſtū paſſum, ꝙ aut notari⁹ vult emendare errorē nō mutata ſubſtātia actus pōt l. actorū verba. ff. de re iu. Sed ſi mutādo ſubſtātia, ⁊ tūc aut nōdū redigiꝛ ꝯtractū ī publicā formā ⁊ pōt, q2 ipſe eſt talis, ad cuius fidē recurriꝛ. l. ſi qs decurio. C. de fal. dūmodo nō mutet ſubſtātiā: ꝑ id ꝙ habetur in l. Sempronius. de le. Si aūt iā eum redigit in publicā formā ⁊ eū tradidit partibus ⁊ tunc ſi error eſt manifeſtus, q2 inſtrumentū caret indictione, vel q2 diſcordat indictio cū annis domini, tūc pōt emēdare, q2 nō cenſeꝛ in effectu tradidiſſe, ex quo ita manifeſte illud im ꝑfectū tradidit. Si aūt error nō eſt ſic patēs, vt q2 forte dixit die tertio ⁊ debuit dicere die ſecūdo, ⁊ tūc ſec⁹. Seqꝛ hic Imo. ⁊ ꝑ ꝯſequēs male cōſuluit Dy. ſeqꝛ Bar. i d. c. inter dilectos. i ver. ſed cōtra. in iij. q. vbi dicit, ꝙ error indictionis, eſt error notarij, ideo nō vitiat, cū poſſit corrigi. ⁊ al. ſeqtur Bar. in d. l. ſi librari⁹ Idē voluit Imo. in c. ex literis. ꝺ fid. inſtr. ⁊ facit ꝙ voluit Bar. i l. fi. ff. de tab. exhib. ⁊ ſi qs opponeret de eo ꝙ voluit Bal. i l. ſi poſt diuiſionē. C. de iur. ⁊ fac. ign. vbi voluit ꝙ ſi notari⁹ omittit ſolēnitatē incūbentē officio ſuo, puniꝛ de falſo. Rñ. ꝙ loquiꝛ quādo fuit omiſſa in inſtrumēto, ⁊ protocollo, nos loqmur quādo in protocollo, ꝙ pōt eā ſupplere in inſtrumento. Itē Bal. ibi loqꝛ qñ omiſit ſolennitatē in teſtib. ⁊ in indictiōe vel annis domini, ⁊ ſic nō loqꝛ quādo omiſit indictionē duntaxat. Et iſtā partē etiā ſequitur Imo. in l. actorū. de re iudi. dū remittit ſe ad Bar. i d. l. ſi librarius. ⁊ Pet. de anc. in d. c. inter dilectos, facit ꝙ voluit Io. an. in data li. vj. ⁊ ꝙ no. Spe. in ti. de inſtr. editi. §. īſtrumētū. ver. ſed nūqd cōfecto. ⁊ ibi Io. an. ⁊ ꝙ voluit Archidia. xxxv. q. ix. §. j. vbi voluit, ꝙ notari⁹ pōt ſuū errorē corrigere, ⁊ ſic illa eſt cōis opinio ꝙ pōt notarius corrigere ſuū errorē, circa ſolēnitatē incūbentē ſuo officio cōmiſſū. Et facit ꝙ voluit An. in l. error. de teſt. vbi all. Bar. in d. l. ſi librari⁹. ⁊ all. Bal. in ſuis apoſt. ī d. l. Imꝑator. vbi dicit, ꝙ ſi cōſtat ꝙ eſt erratū, ⁊ in quo tūc pōt corrigere, q2 nō hꝫ qs iuſtā cām cōtradicendi. Aut eſt erratū, q2 diſcordat indictio ab annis, ⁊ tunc aut vult corrigere illū errorē ante redditū inſtrumentū partib. ⁊ pōt, q2 lex ad plenū cōfidit ꝺ tabellione. l. ſi qs decurio. de fal. Aut poſt, ⁊ tunc ſec⁹, q2 notarius funct⁹ officio ſuo. l. iudex poſtq̄. de re iu. ſed alibi Bal. dixit. aut ſubſtātia, ⁊ vis, eſt in tꝑe, vt i hypothecaria, ⁊ tūc nō poſſit corrigi niſi ꝓbato errore. Aut nō eſt vis in tꝑe, niſi quo ad ſolennitatē inſtri ⁊ tūc pōt, q2 aptare inſtrm̄ ita ꝙ valeat de iure, pertinet ad officiū tabellionis, vt no. in c. fraternitatis. de here. Et ſi non adaptauit, aptare debet, vt no. in ſimili in l. ſerui electiōe, de le. j. Non obſt. d. l. Iudex poſtq̄. q2 ibi loqtur in ſnīa. vide Bal. ī d. c. iter dilectos. vbi all. illud cōſiliū Dy. cōtra gl. ibi, vbi q̄rit qd ſi notari⁹ dixit in inſtrumēto de indictiōe, ⁊ nō ſcribit de q̄ indictione, ſed dimiſit ſpatiū vacuū, cā poſtea ſcribendi, ꝺ q̄ indictiōe vtrū vitieꝛ inſtrm̄: vide ibi, ⁊ per doc. in l. ſi qs ex argentarijs. §. ſi initiū. in repe. ꝺ eden. Et ad predicta facit, ꝙ voluit Bar. in l. gallus. §. idē credendū. de libe. ⁊ poſt. dū tractat de verbo, ⁊c. an poſſit aliquid addi, ⁊ extendi, vide ibi. Et ad id ꝙ ꝺt Bar. hic ꝑ illū text. ꝙ nō preſumiꝛ ꝙ notari⁹ ſcripſerit falſum, adde ꝙ dixit Bal. in l. ij. C. de fal. vbi dicit, quod ſi notarius erat ꝑſona fide digna, quis non admittitur ad dicendū inſtrumentū falſum, ⁊ Tācre. de corneto in ſua compendioſa in viij. rub. q. x. dicit quod ſi notarius omiſit ſcribere protocollū in totum, vel in partem, vel ſubſtantialia, vel ſolennia, quod poti⁹ preſumitur quod per ſimplicitatem, quā per dolum, ⁊ malitiam hoc fecerit. cap. ad audiētiā de preſcr. vbi habetur quod preſumitur quod notarius fideliter ⁊ diligenter exercuerit officium, ⁊ facit quod voluit Bal. i l. j. C. communia de lega. vbi ꝺt, ꝙ ſi in inſtrumento dicitur ꝙ omnes conſiliarij vniuerſitatis interfuerunt in illo actu, ⁊ re vera certi conſiliarij exempti non interfuerunt, ꝙ nō videꝛ notarius ſcripſiſſe falſum, ideo non eſt mirandum, ſi L. y. dixit in l. trāſigere. C. de trāſac. ꝙ ꝑ maculā falſitatis homo venit ad nihilum inter homines, ideo falſitas non debet preſumi faciliter, imo difficulter. ⁊ videtur ꝓbari in c. accedens. de accu. Satis em̄ diciꝛ eſſe ꝓbatum ꝑ inſtrumento, ſtatim ꝙ ꝓducitur, ideo debet cōtrarium ꝓbari, arg. eius ꝙ voluit gl. in l. ſi tutor. C. de peri. tu. ⁊ gl. in l. j. C. de teſt. mili. ⁊ in l. ſup. C. q mili. nō poſ. ⁊ in l. ſi creditor. C. de pig. ac. ⁊ gl. in l. in teſtō. C. de teſta. mil. ⁊ in l. iij. C. de peti. here. ⁊ in l. j. de erro. aduo. ⁊ in c. ꝓpoſuiſti. lxxxij. diſt. in c. ſuper e. de teſt. cog. ⁊ in c. ſicut. el. ij. de iureiu. ⁊ in c. pe. de excep. ⁊ in c. iij. de preſcr. ⁊ in c. j. ꝙ me. cau. ⁊ i. c. illud. de preſum. ⁊ i. c. ad falſariorum. de crimi. fal. ⁊ gl. in l. j. C. de fi. inſtr. ⁊ iur. haſt. fiſ. li. x. ⁊ in dubio ꝓualet ꝓbatio q̄ fauet inſtrō: vt eſt caſus ſing. in l. Iulianus. de manu. ita etiā preualet ꝑſumptio que fauet teſtamento, arg. illius legis, que ad hoc eſt elegans. Tale enim ꝑſumitur inſtrm̄, quale apꝑet in prima ſui figura. Viꝺ que dixi poſt Bal. in l. cōparationes. C. ꝺ fid. inſtr. ⁊ dicit Bal. in l. ſatis aperte. C. de fal. ꝙ qdā notarius fuit condemnatus de falſo, quia in inſtrumento addiderat penas, ⁊ cōtra illā opi. Dy. facit, ratio, quia potentius eſt delictum in cōmittendo, quā in omittendo, vt eſt gl. fi. iuncto textu. ⁊ dixi in l. auxiliū. de mino. ſed video quod error ſi exprimaꝛ ⁊ cōmittaꝛ notario eſt tolerabilior, ⁊ poteſt corrigi, vt vt hic ꝑ Bar. in d. l. ſi librarius: ergo multo magis ſi omittatur indictio, q2 eſt error cōſiſtens in omittendo. Et iſtud dictū ſolet allegari ꝙ ſi notari⁹ in teſtō, vel in inſtrumēto aliqd omittit, vel ſcribit aliter quā cōtrahentes dixerint, potius preſumiꝛ per errorem illud facere, vt euitet penā falſi ipſe notarius, quam falſū fabricare. Ad idem facit dictū Spe. in ti. de inſtru. edi. §. reſtat. circa fi. ⁊ in §. ſeq. per Io. And. ⁊ Ant. de but. in c. cum contra ꝺ pig. Facit gl. in l. eius q in prouincia. in ver. defuncti. ⁊ ibi Bar. C. ſi cer. pe. vbi ſi notarius dicit in inſtrumenta, Titius filius, ⁊ ⁊ heres Sempronij: qui Sempronius ſit mortuus, ne notari⁹ videatur appoſuiſſe falſum in inſtrumento, debet ſubaudiri verbum quondam. hoc eſt, filius quondam Sempronij.

e P. PAV. P. ¶ Ultimo. Sequitur Rom. conſi. xlj. ⁊ cōſi. cxxxv. inci. ad primū. co. j. ad fi. ⁊ ꝑ to. vbi multa dicit ad excuſationē notarij, vt non poſſit inqri de falſo, ⁊ idem Rom. cōſi. cxlij. inci. Sā. Pet. poſt prin. vide late Fel. in c. ex literis. extra de fide inſtru.

f ALEX. ¶ Nihil ꝓbāt. Facit ꝙ habeꝛ in l. ij. §. pe. C. ꝺ vet. iur. enu. Bal. tñ hic limitauit iſtud dictum, ⁊ in d. auth. ꝙ ſine. ꝺ teſta. vt ꝓcedat ſolū in teſtamento in ſcriptis. Sec⁹ in nūcupatiuo redacto ad ſcripturā ꝑ notas viſitatas, quia lꝫ ex tali ſacriſcriptura non aſſumatur ꝓbatio, tñ valet teſtamentum ex ſe, ſicut valeret ſi nulla ſcriptura eſſet confecta. Et ſequitur Imo. in hoc §. facit ꝙ voluit idem Bal. in d. auth. ꝙ ſine. dum dicit ſatis eſſe ſi viſitato modo ſcribaꝛ. Item quia conſuetdini eſt ſtandum. d. l. ſed cum patrono. §. fi. ⁊ Ange. hic.

g POMA. ¶ Notas autem. Vide de hoc per doc. in auth. quod ſine. C. de teſt. Alex. conſi. ccxciij. incip. videtur prima conſideratione. in ij. volu.

1 ☞ Deſtinatum fieri quando non fit, intelligitur per errorem omiſſum, ⁊ quando vitiat.

2 Error probatur, quando in tractatu de faciendo actum, aliquid exprimitur: poſtea aliud eſt factum.

## §. Tantundem.

Error in conditione quam quis deſtinauit inſerere, inſtitutionē vitiat. h. d. in ver. ſed ⁊ ſi cōditionem. ſi habes literā, nollet, dicas quod mutat caſum, nā ꝯtrium loqtur qñ volens addere conditionem non addit, hic qñ nolens addere, addidit. ¶ Opp. C. de inſti. ⁊ ſubſt. l. pe. ꝗ. de le. ij. l. cum pater. §. fi. Glo. dat plures ſolut. Prima, quod nō habeꝛ ꝓ inſtituto ſcḋm quod deſtinauit. Alij dicunt quod ibi deſtinauit tantum in animo, hic expreſſe Dy. dicit ꝙ erit inſtitutus nō pure, nec ſcḋm quod ſcriptum eſt, ſed ſecundū quod teſtator deſtinauit. Tu dicas, † quandoq̄ qs deſtinauit adijcere cōdictionem, ⁊ hoc expreſſit qñ autem venit ad actum perficiendi teſtamentum, ⁊ per errorem illud omiſit, tunc inſtitutio vitiatur, de hoc eſt caſus hic. Simile in cōtractib⁹ inter viuos, l. ita ſtipulatus. in prin. ⁊ ibi dixi. ꝗ. de verb. obl. Quandoq̄ teſtator nō dixit ſe expreſſurum cōditionem tunc cū inſtitutionem faceret, licet poſtea: tunc ſi omittaꝛ, diſpoſitio nō vitiaꝛ. l. pe. C. de iſti. ⁊ ſub. ⁊ l. cū pater. §. fi. ꝗ. de le. ij ⁊ l. ij. ꝺ. e. Ratio apparet, quia in primo caſu ꝺſtinauit facere diſpoſitionem, ⁊ inſtitutionem cōditionalem, quod nō fecit poſtea, ⁊ ſic errauit in ſubſtātia inſtitutiōis, l. j. §. ſi qs ſimpliciter. ꝗ. de ver. ob. In ſecundo caſu non deſtinauit facere inſtitutionem cōditionalem, ⁊ ſic in ſubſtātia inſtitutionis nō errauit. ſed in ver. idem tractat. teneo opi. Dy. ꝙ in

telligitur ſubſtitutio ſecundum quod teſtator dicit, non ſm quod notarius ſcripſit. Non enim errauit teſtator, ſed ſcribens, ⁊ error ſcribentis non vitiat teſtamentum in aliquo, vt C. de teſt. l. errore. ¶ † Ultimo no. ſingulariter, ꝙ error probatur qn̄ in tractatu de faciendo teſtamentum, vel contractum aliquid exprimitur, poſtea aliud eſt factum. Nā intelligit per errorem, vt hic de eo qui deſtinauit conditionem inſerere, quod de neceſſitate intelligitur ante cum de teſtamento faciendo tractauit: poſtea ſeqt, ⁊ non addidit, ſcꝫ tunc cum teſtamentum faciebat. Idem probat. j. proxi. §. quod intellige, vt dixi in l. ſi quis in fundi vocabulo. j. de leg. j. plenius in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. j. d verb. oblig a

ADDITIONES.

POMA. ¶ Ultimo no. Uide Aret. in l. ita ſtipulatus. iij. notabili. ff. de verb. obl.

ALEX. ¶ Error ꝓbat. No. qliter probet error, qꝛ ſi primo tractatū eſt, vt res ſic agat, ⁊ poſtea aliter actū eſt, preſumit error. Facit l. ſi finita. in prin. cum ibi no. maxime per Imo. de dā. infe. Et dixit poſt Bar. in l. ita ſtipulatus. de ver. ob. ⁊ ſcripſi in l. itē §. fi. s. de pac. ⁊ omnino vide gl. no. ⁊ ibi Bar. in l. cum ꝓponebatur. de leg. ij. quā alle. pro no. in l. ſi librarius ⁊ ad fi. de reg. iur. ad intellectum eius ꝙ hic no. Bar. ⁊ ibi, an ſit verum, vide Imo. in d. l. cum proponebatur.

## §. Sed ſi cum primum.

Perſona inſtitutioni adiecta per errorem, heres non erit. h. d. Nota quod dixi in precedenti §. ꝙ ſi in tractatu vnum ſit declaratum, ⁊ aliud poſtea factum, pſumitur per errorem ⁊ non ſimulate factum.

## §. Si quis nomen.

Sufficit heredem demōſtrari aliter quā nomine proprio. hoc dicit.

## §. Si quis tamen ita dixerit.

Sufficit perſonas eſſe certas, licet diſtributio portionum pe futuro euentu dependeat. h. d.

ADDITIO.

a ¶ Si quis tamen ita. Adde ꝙ Pau. de Ca. refert ꝙ Bal. hic p gl. in verbo heres, dt ꝙ ſi accuſetur, vel ingrat aliquis ꝙ occiderit hominem ignotum cuius nomē ignoratur, ⁊ qs eſſet, ⁊ vnde eſſet, quod pcedat accuſatio dummodo de corpore occiſi ſit certum. qꝛ ſufficit certitudo iſta quod maleficium ſit cōmiſſum. Et dicit Pau. habuiſſe de facto Bono. ⁊ quod iudices Poteſtatis allegabant dicta Baldi.

## §. Heredes.

Hic incipit ſecunda pars princi. q tractat de inſtitutionis effectu, ⁊ per inſtitutionem ſucceditur in ius defuncti, ⁊ plures in dubio intelliguntur equaliter inſtituti. h. d.

1 ¶ Inſtitutus in fundo, ⁊ ꝓhibitus plus petere non poſſe, nullo alio herede inſtituto, non eſt heres inſolidum.

2 Teſtator poteſt prohibere ius accreſcendi.

3 Teſtator ſi inſtituto herede in re certa alium vniuerſalem heredem quē putabat viuere inſtituit q erat mortuꝰ, vel deceſſit antequā adiret inſtitutus in re certa habebit totum. Quid ſi in caſu predicto adiecit illa verba, quod plus petere non poſſit.

5 Clauſula, quod plus petere non poſſit adiecta in inſtitutione qd operetur.

## §. Si duo.

Plures inſtituti in re certa diuidunt ſibi hereditatem eqliter, niſi teſtator manifeſtiſſime aliud voluit. h. d. Principium huius §. declarabo j. l. p xi. finem vero nota dum dicit ſi modo voluntas patriſfamilias manifeſtiſſime non refragat. Ex quo dico qd ſi teſtator inſtituit te heredem in fundo, ⁊ adiecit ꝙ plꝰ de bonis ſuis petere non poſſis, quod lꝫ non ſit alius heres inſtitutus i teſtamēto, tn̄ non eris inſolidum inſtitutus, qꝛ voluntas teſtatoris tibi manifeſtiſſime

a refragatur, vt hic, ſed reducet res ad cauſam inteſtati. [a] Quod pbo primo per hunc text. ſecundo per rationem quia quando ex verbis teſtatoris colligitur perplexitas, ſeu repugnantia, inſtitutio vitiat, l. Titius. de condi. inſt. ſed hic eſt huiuſmodi. Uoluit enim ipſum heredem in fundo, ⁊ non habere plus, qd eſt impoſſibile nullo alio exiſtente herede, qꝛ ius noſtrum non patitur ⁊c. l. ius noſtrū. de reg. iur. Preterea, ſicut inſtitutio facta l fundo pſumit facta in toto, ita ſeruo inſtituto ſimpliciter, preſumit inſtitutus cum libertate, l. quidam cum §. j. de neceſſ. ſeruis here. inſti. Sed ſi teſtator expreſſit ꝯrium, quod eū inſtitueret ſine libertate non erit liber. j. ea. l. no. ⁊ §. fi. Inſt. de hered. inſti. in prin. ⁊ vitiabit inſtitutio, l. qꝛ ratio. j. de condi. inſti. Ita in propoſito qn̄ adijcit ꝙ plus petere nō poſſit, non videtur inſtitutus in totum, ⁊ inſtitutio vitiabitur, probatur etiā per l. pen. s. de in. teſt. ⁊ de lib. ⁊ poſth. l. ſi poſthumus. verſi. nā ⁊ cum duobus.

b Nam ibi teſtator [b] dando ſubſtitutum in parte, videtur prohibere ius accreſcendi, ⁊ rupta illa ſubſtitutione rumpitur teſtamentū in totum, vt dixi in d. l. penul. Pro † hoc facit qꝛ teſtator pōt

c ꝓhibere eius accreſcēdi, vt no. in d. l. dominus fructuario. s. d vſufruc. cōiuncta gl. fi. in vna ſolutione. ¶ Reſtat reſpōdere ad

3 ea que poſſunt allegari in cōtrariū, ⁊ hic eſt filiꝰ. Uadamꝰ ad conuentum domini Bal. ¶ Et primo contra hoc videtur caſꝰ j. eo. l. ſi quis ita heres inſtitutꝰ fuerit, excepto fūdo, vbi exceptio nihil operatur, ita ⁊ illa verba, ⁊ plus petere nō poſſit, nihil debent operari. Et ad iſtum tex. pōt reſpōderi vt ſit ſēſus, qd duo inſtituti ſint heredes equis partibꝰ, niſi voluntas teſtatoris manifeſtiſſime refragetur, qꝛ tunc quando volūtas teſtatoris refragatur eſſent heredes ex diſparibꝰ patribus, non autem qd res deducatur ad caſum inteſtati. Reſpondeo primo iſte itellectus non eſt bonus. Nā in diſtributione partiū non eſt neceſſaria manifeſtiſſima voluntas defuncti Sufficit enim qualitercunqꝫ de mēte appareat, etiam ſi in teſtamento aliter ſit ſcriptū. s. ea. l. j. §. ſed hic requiritur manifeſtiſſima voluntas defūcti, ad hoc ꝙ res reducatur ad cauſā inteſtati: ⁊ hoc etiā eſt ꝓbatū ſupra aliqs rationibus. Ad l. ſi quis ita reſpōdeo, ibi dt ꝙ ſit heres excepto fundo quaſi dicat omnia alia tibi do excepto fundo, quem non do. que verba important, vt expreſſa conceſſio defuncti nō habeatur quod autē non accreſcit ſibi, hoc non ꝓhibuit teſtator manifeſte. Uel dic, ibi preceſſit inſtitutio ſimplex, ⁊ ſequit illud excepto fundo, ꝙ cōtinet ademptionē fūdi. Sed ſibi ipſi a ſeipſo adimi non pōt, vt ſupra ead. l. ſed ſi conditioni. in fin. ergo, ⁊c ſed in queſtione propoſita nunquam dedit, niſi rem certā, ⁊ ꝓhibuit eum plus petere, vel habere. ¶ Secūdo ob. dicte determinationi quod nemo pōt facere quod leges non haberent locum in ſuo teſtamēto, l. nemo poteſt infra de leg. j. Reſpōdeo quedā ſunt que dependent ex voluntate defuncti expreſſa, vel preſumpta in his que poteſt facere teſtator quod vult exprimēdo ſuā voluntatē, vt ſupra probatum eſt in iure accreſcendi, ⁊ i libertate, q tacite ſequitur ſeruum iſtitutū. Et probatur infra de condi. ⁊ demon. l. in cōditi. in prin. §. j. vbi leges que dicunt, quod conditio que tacite ineſt, nihil operat, pcedunt niſi de voluntate defuncti aliud appareat. Hoc etiā probat in hoc §. ⁊ ita loqt lex noſtra. Sed in ſolennitatibus, ⁊ in aliis que nō depēdent ex voluntate defuncti, nemo poteſt facere ꝙ leges nō habeāt locū in ſuo teſtamēto. ¶ Tertio obſt. quod dicta verba, ⁊ plus petere non poſſit, ⁊c videntur adiecta fauore inſtitui, ergo alio inſtituto non exiſtente nihil operatur, l. peto. in prin. j. de lega. ij. Reſpondeo, queſtio propoſita loquitur ſolum quando inſtituit vnum in re certa, ⁊ aliū vniuerſalem heredē non facit, tunc eni illa verba plꝰ petere non poſſit, ⁊c. videntur adiecta fauore venientis ab inteſtato, d. l. peto, in prin. ver. idem dicemus. Sin autem alium heredem inſtituiſſet, qui deficiſſet, quid iuris ſit, dicam in ſequentibus.

4 ¶ † Quero ſi teſtator [d] inſtituit quendam in fundo, nec

d adijcit ꝙ plus petere nō poſſit, alium inſtituit vniuerſaliter, q tempore teſtamenti erat mortuus, licet teſtator crederet eū viuere: vel deceſſit poſtea antequā adiret, an ille inſtitutus [e] in fun-

e do, ſit heres inſolidū: Uidetur quod non, quia alio inſtituto vniuerſaliter habetur loco legatarii. l. quoties. C. eo. ⁊ no. s. e. l. j. §. ſi ex fundo. Preterea licet ſit mortuus, tn̄ quia teſtator putabat eum viuere, debet haberi perinde ac ſi viueret. l. quo loco. §. j. j. eo. Cōtrarium credo. quod ille habeat totum iure accreſcendi, nā licet teſtator deberet alium heredē, vniuerſalē nō eſt manifeſtiſſima voluntas eius ꝙ plꝰ petere non poſſit, ſi portio illꝰ deficiat, ergo habebit, arg. l. ſi miles. de teſta. mili. ⁊ l. ex militari. §. fi. cum l. ſeq. eo. tit. Et hoc tenet Gui. de cug. s. de condi. indeb. l. ſeruo. ¶ Sed contra predicta facit. s. de iniu. teſta. l. pe. vbi non fuit manifeſtiſſima teſtatoris voluntas. Solū enim ꝓhibet accreſcere dando ſubſtitutum, ſicut hic dando coheredem. tn̄ ibi non accreſcit, ſed totum reducitur ad cauſam inteſtati. Reſpondeo. ibi ſubſtitutio rumpitur ex cauſa preteritiōis, ⁊ voluntas legis eſt manifeſtiſſima, ideo poſthumꝰ rumpit, vt ſibi locū faciat, ⁊ ſibi rem deducat ad cauſam inteſtati, l. nā ⁊ ſi. in fi. s. de iniuſ.

5 teſt. dixi in d. l. pe. ¶ Sed q̄ro, † qd ſi teſtator adieciſſet ꝙ talis inſtitutus ex fundo plus petere, vel habere nō poſſit, an hoc caſu herede inſtituto deficiente ſibi creſcit. Reſpondeo, dicta verba ꝙ plus petere vel habere nō poſſit, videt referri, ſcꝫ rebus ſibi habentibus prout teſtator diſpoſuit, arg. l. quod ſeruius. s. de condi. ob. cau. ⁊ l. fi. §. idem qſitum. s. de cōd. ind. Uide l. Paulo callimacho. ij. j. j. de le. iij. Sed ſi heredis inſtitutio deficeret,

6 tūc dicta verba nō vident operari l. Paulo callimacho. §. j. ideo eſt aduertēdū, qꝛ quandoqꝫ in inſtitutione ex re certa teſtator adiecit dicta verba, ⁊ ꝙ plus petere vel habere nō poſſit, ⁊ nullo

alium

alium fecit heredem vniuerſalem, ⁊ tunc ſine dubio videtur di-
xiſſe illa verba fauoꝛe veniẽtium ab inteſtato, vt dictum eſt, ⁊ ſic
res reducetur ad cauſam inteſtati. Quandoqꝫ teſtatoꝛ ꝓuidet ſi-
bi inſtituẽdo heredẽ vniuerſalitater, de eo qui ſecundũ cogita-
tionem defuncti in omnẽ cauſam poterat eſſe heres, vt inſtituen
f do hominẽ iã natũ, ⁊ tũc fauoꝛe inſtituti illa verba dicta videant[f]
d. l. peto. in pꝛin. de leg. ij. ⁊ intelligerentur ſic, plus petere vel
habere nõ poſſit inſtituto adeunte, d. l. Paulo Callimacho. §. j.
Quandoqꝫ teſtatoꝛ ſibi pꝛouidit de aliquo, qui etiam ſꝫ cogita-
tionem ſuam heres nõ poterat eſſe niſi in vno caſu tantum, vt qꝛ
inſtituit ventrem vxoꝛis ſue ſi pꝛegnans erat, ⁊ ſi ad lucẽ ꝑuene
rit, ⁊ eo caſu quo pꝛegnans non eſſet, ⁊ ad lucem non peruenerit,
nihil diſpoſuit, tunc dicta verba dicuntur dicta fauoꝛe inſtituti
ſi erit ſi non erit, fauoꝛe veniẽtiũ ab inteſtato, d. l. peto. in pꝛinci.
verſicul. idẽ dicemus maxime quando teſtatoꝛ ſubiungit, ꝙ vult
voluntatem ſuam valere etiam iure codicilloꝛum, ⁊ ſic etiam pꝛo
uidit venientibus ab inteſtato.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Inteſtati. ⁊ hãc ẽt ſentẽtiã ꝙ illo caſu ſucceſſio reduca
tur ad cauſam inteſtati firmat per iſtum tex. Frãc. Tigr. in cõ-
ſil. ſuo inci. Jac. alle. etiã. d. l. pe. de iniu. teſt. ⁊ l. ſi poſthum⁹. hic
alle ⁊ habetur per Bar. in conſi. inci. Mattheo Grati.
b POMA. ¶ Nam ibi teſtatoꝛ. Et circa intellectũ huius. §. vide
Bar. in cõſil. cxxviij. incipiẽ. Matheo Gratioli. de pꝛohib. iur.
accerſ. ⁊ vide Bart. cõſi. cxvij. incip. Jac. maneti de Peruſio.
vbi loquitur de iſto iure accre. pꝛohi. a teſtatoꝛe. ⁊ in conſi. inci.
Vel. ⁊ in conſi. incip. Mat. ⁊ Ang. in cõſi. inci. nemo ad pñs
dubiũ in vlti. col. ⁊ vide Bal. in l. quoties. C. de here. inſti. ⁊ in l.
j. C. qñ nõ pe. par. vbi cõcoꝛdat opi. Sal. ĩ d. l. ſequit Dy. ⁊ tẽpe
rat, ꝙ teneatur reſtituere veniẽtibus ab inteſtato. Jo. de Jmol.
in l. j. §. ſi ex fundo. ſ. eo repꝛobat opi. Ang. ⁊ ſequitur opi. Dy.
dãnata opi. Bar. hic idẽ ẽt tenet Lud. Roma. in d. l. quãdo non
pe. par. ⁊ ſequitur ſimpliciter opi. Dy. ⁊ nunc pendet de facto.
c P. PAV. P. ¶ Poteſt pꝛohibere. Vide Ang. conſ. xcj. ⁊ cõſ. cccxv.
vide Pau. de Caſt. conſi. ccij. Are. in §. hereditas. inſti. inſtit. et
de hered. inſti. poſt. Jo. Fab.
d POMA ¶ Si teſtatoꝛ. Vide alex. conſi. clxij. in vl. col. ij. vol. ⁊ que
poſui poſt Bar. in l. j. §. ſi ex fundo. ſ. eo. Barb. conſ. ij. co. i. j. vo.
e ALEX. ¶ An ille inſtitutus. ꝺ hac materia vide plene ꝑ Ang.
in conſi ſuis videlicet in conſi. ſuo ccccix. Et hanc concluſionẽ
tenet Sal. in l. quoties. C. eo. ⁊ Jmo. §. ſi ex fundo. ſ. e. in rep. quã
ponit j. e. in fi. ⁊ ideo dixit Sal. in l. ſcimus. in pꝛin. C. de inoff.
teſt. ꝙ teſtatoꝛ nõ poterit pꝛohibere petitionem ſupplementi le
gitime. Et de hoc dico ꝙ eſt tex. in §. ceterum. in aut. vt cũ de ap.
ꝺ cogn. Et an poſſit ius accreſcẽdi pꝛohiberi: vid aliqd ꝑ Bal.
in l. j. C. qñ non pe. part. ⁊ plene ibi in xix. q. Et an pꝛohibitus a
iure accreſcendi videatur eſſe ꝓhibitus acceſſiõe inteſtati, vide
Bal. poſt gl. in l. j. C. de teſt. mi. ⁊ Ang. ibi ponit materiã, de qua
hic ſcilicet an teſtatoꝛ poſſit pꝛohibere ius accreſcẽdi. Et ꝑ Bal.
in l. quoties. C. eo. circa pꝛimam col. vbi limitat in caſu d. §. cete
rum. no. per Bar. in d. cõſ. incip. Matheo. ⁊ An. in conſ. cliiij.
cum quo concoꝛdat, Sal. in l. quoties. C. eo. Sed Jmo. eũ repꝛe
hẽdit in d. §. ſi ex fundo. ⁊ in cap. Rapnutius. ⁊ vid Bal. in l. ſi qs
ita inſtituatur ſi legitimus. j. e. ⁊ Fede. de Sen. in conſi. cxxxj. ⁊
no. per Sal. in l. j. C. qñ non pet. part. in viij. q. ⁊ etiã per Ang. in
l. j. C. de teſta. mil. ⁊ per Jmo. in cap. j. de teſtamen. ⁊ per Bald.
in repe. l. in ſuis circa vltimam. char. de lib. ⁊ poſt. ⁊ vide Bald.
in rep. c. ſi pater. de teſta. in vj. ⁊ vide per Jmo. plene in c. Ray
natius. de teſta. ⁊ per Sal. in l. quoties. in iij. q. C. e. ꝑ Jmol. in re
pe. d. §. ſi ex fundo. in fi. Adde pulchꝛe Ro. cõſ. lxxx. Et an teſ-
tatoꝛ poſſit pꝛohibere ius accreſcẽdi, vide Bal. cõſ. lxxxiij. l. v.
ALEX. ¶ Dicta videãt. Jmo in repe. §. ſi ex fũdo. quã ponit j.
eo. in fi. tenet contrariũ. Adde qd ſi inſtitutus in re certa quid
plus, ⁊c. dato herede vniuerſali cui heredi iniunctum fuit onus
capelle faciende. ⁊ ſi non faceret pꝛiuetur hereditate: an illa he-
reditas ipſi inſtituto in re recta, an vero deueniat ad venientes
ab inteſtato an vero applicabit capelle. Bal. cõſ. ccccxxvj. li. iij.

1 ☞ Dictio poſtea de neceſſitate non inducit interuallum.

§. Si quis ita. Dictio poſtea non impedit diẽ he-
reditatis ⁊ libertatis ſimul cedere.
a h. d. ¶ *No. ꝙ [a] dictio poſtea, non ſignificat de neceſſitate inter
uallum tempoꝛis. Et ſic facit ad queſtionem notatã per Dy. ſ.
3 ſol. matr. l. fructus. Et poſſumus dicere ꝙ hic non eſt neceſſe ꝙ
detrahatur dictio, poſtea. Nã eſt quidã oꝛdo tempoꝛis, ⁊ quidã
oꝛdo nature, oꝛdo tempoꝛis patet, de oꝛdine nature do exem-
plum vt pꝛimo eſt ignis, poſtea caloꝛ, non oꝛdine tẽpoꝛis, ſꝫ na-
ture. Jta in pꝛopoſito, pꝛimo ſeruus, poſtea liber, poſtea heres.
nõ oꝛdine tempoꝛis, ſed oꝛdine nature: qꝛ pꝛimo perſona dꝫ eſſe
habilis quam ſit heres, l. ſi queramus. ſ. de teſtamen. ⁊ de iure
codi. l. quidam referunt. Quod ergo iuriſcõſultus dicit, ꝙ detra
hatur poſtea ſcilicet, quo ad oꝛdinem tempoꝛis, quia ſimul ⁊ ſe-
mel tempoꝛe cedit vtrunqꝫ, ſed ſecundum oꝛdinem nature, ſiue
intellectus, pꝛecedit libertas.

ADDITIO.

a POMA. ¶ No. ꝙ vide quid ex hoc infert Old. conſi. xlv.

§. Si ſeruus. ¶ Pꝛimo ponit queſtionem. Secũ-
do determinat duas alias queſtiões.
Tertio reaſſumit pꝛimam. Secunda ibi, ⁊ quidem. Tertia ibi.
ſed ⁊ ſi pure. ¶ Opp. C. de neceſ. ſer. l. quidã cum. Sol. ibi loquit
qñ nullã mentionem fecit de libertate, hic ſic. ¶ Ulterius dicit
hic, ꝙ qñ eſt alienatus vel manumiſſus, poſſet eſſe heres. Con-
tra, j. de acq. here. l. placet ⁊ l. cum pꝛoponas. in pꝛin. C. e. Sol.
Quidã dicunt ꝙ eum heredem exiſtere, loquit qñ fuit manumiſ
ſus vel dicitur, alium eſſe heredem per ipſum ſeruum. Dic ter-
tio quod heres eſt iuſſu noui domini, ⁊ iſta eſt vera. ⁊ vide gl. hic.
que incipit, voluntariũ ibi, vel dic etiã nõ manumiſſus, ⁊c. Doc.
dicunt contrarium in l. cum pꝛoponas. C. eo. ſed damno eos ꝑ
iſtum tex. vt plene ſcripſi in l. cum, filio. j. de leg. j.

LEX X.

Si alterius. Plures inſtituti ex diuerſis
rebus admittuntur equaliter
vt inſtituti. h. d. Hoc intellige quantum ad heredita-
tem. ſed in fundo habebunt partes nominatas, l. ex fa
cto. la grande. j. eo. Et ita opoꝛtet intelligi. ſ. l. pꝛox. ¶ Opp. j.
l. pꝛox. Solue vt gl. ibi.

LEX XI.

1 ☞ Copula que cadit inter diuerſas oꝛationes, non inducit con
iunctionem.

Titius. Coniuncti ex re certa habentur ꝓ vno
quo ad diuiſionem hereditatis facien-
dam cum alio inſtituto. h. d. Opp. j. l. pꝛox. Sol. iſtud
ꝓpter cõiunctionem duoꝛum in eadẽ re, vt not. ſ. l.
pꝛi. Ulterius ſcias ꝙ Ultramõtani videntur dicere ꝙ teſtatoꝛ
hic appoſuit copulã dicendo, Titi⁹ fundi Conneliani heres eſto
⁊ duo Titij illius inſule heredes ſunto, ꝙ qlibet habet tertiam,
qꝛ omnes eſſent coniuncti verbis. Jta dicit Cy. in l. fi. C. ꝺ imp.
1 ⁊ aliis ſubſt. in j. op. quod non eſt verum. †Nã copula, que cadit
inter diuerſas oꝛationes, non inducit coniunctionem verbalem,
vt ſ. qui. mo. vſuſfru. ami. l. ſicut in annos. §. ij. ⁊ dicam j. eod. l.
item quod ſabinus. Dixi plene in l. re coniuncti. j. de leg. iij.

LEX XII.

Si inequalibus. Etiam in diſtributione
partium vltimum dictũ
pꝛeualet. hoc dicit.

LEX XIII.

1 ☞ Coniuncti per nomen collectiuum ſunt plures coniuncti.
quam illi, qui coniunguntur per copulam.

1 Interdum Dictio, †eque, facit. vt cõiun-
cti cũ diſiunctis eqliter admit
tantur, h. d. No. diligenter de virtute hui⁹ dictionis,
2 eque, ⁊ equis poꝛtionibus. ¶ Secundo no. †ꝙ cõiun
cti per nomen collectiuum, ſunt plus coniuncti, quam illi qui cõ
iunguntur per copulam in eadem oꝛatione. Nã hic pꝛimus ⁊
fratris filij in eadem oꝛatione per copulã ſunt coniuncti, tñ quia
illi filij ſunt coniuncti per nomen collectiuum habentur loco v-
nius, niſi eſſet dictio, eque.

1 ☞ Res eſt diuiſibilis in infinitas partes.
2 Res in dubio intelligitur diuidi in duodecim partes.
3 Qui petit duas partes, in dubio intelligitur de duodecim, niſi
dicat totius.
4 Quilibet fund⁹ diuiditur in duodecim partes, ſicut hereditas.
a §. Paterfami. [a] Nota† ꝙ res eſt diuiſibilis [b] in in
1 finitas partes, [c] vt ibi, quot volue-
b rit. Ad idem l. ſi cui. de ſerui. Item no. ꝙ res in dubio intelligit
c diuidi in duodecim partes. Et per hoc ſis cautus in libello ⁊ ſen
d tẽtijs. Si eñ petis† duas partes, dicas de tribus rei totius. Si
2 eñ ꝑteres ſimpliciter duas partes, in dubio intelligit duas, ꝑ-
3 tes ſcilicet, de duodecim, vt hic, niſi aliud appareat. †Et ſi dicis
4 hic loquitur in hereditate. Certe eo modo quilibet† fundus diui
ditur, l. quoties. §. ſi duo. ſ. e. ⁊ C. de leg. l. cum queſtio. Sed ſi di
ceres, peto duas tertias vel duas quartas, illud eſt indubitabi
le, vt j. e. l. §. fi.

ADDITIONES.

a And. Barb. ¶ Paterfamil. Et no. modum petendi, quia ſi dico duas partes, non intelligitur de duab. tertijs. ſed cõtra iſtud dictum Bar. eſt tex. in c. indemnitatibus. §. ſi vero. de elec. vbi due partes intelliguntur reſpectu totius. ⁊ ibi Pet. alleg. illum tex. contra Bar. ⁊ vide ibi. ⁊ etiam Dominicum. ⁊ idem etiã tꝫ Pe. in c. extirpande. de preben. ſed Jo. de Imo. ibi, ſoluit Bar. hic ⁊ vide Abb. ⁊ Pe. in c. cum omnes. de conſtl. ⁊ vide que dixi in l. j. de acq. here. in gl. ij. vide. ⁊ vide Bart. in l. plures. ff. de dam. infe. vide ibi Lud. vbi alle. Bar. hic ⁊ tranſit cum Bart. hic. ⁊ vide Ang. in l. ſi rem. ff. de rei ven. ⁊ in l. etiam. ff. de vſuſr. ⁊ vide in conſi. Jo. de Imo. in conſi. cl. ⁊ clij. vbi ſunt plura conſilia quando ſtatutum dicit, lucretur tertiam partem de eis, an intelligat reſidui, vel totius integri, vide ibi, quia ſunt plura conſilia. ⁊ Jo. de Imo. ibi videtur conſulere contrarium.

b POMA. ¶ Quod res eſt diuiſibilis. Vide Fed. cõſi. cclxxxviij. incip. caſus talis. Dor. ſingu.

c ALEX. ¶ Infinitas partes. Adde Bal. in l. codicillis. §. j. de vſufr. lega. ⁊ adde quod legitur ⁊ no. in l. cum queſtio. C. de leg. Ang. contra in lege defuncta. de vſufr.

d POMA. ¶ Item no. ꝙ Adde. Are. in l. plane. in fi. de leg. j.

§. Denique. Hic primo loquitur quando teſtator legauit vni partem, ⁊ alteri partẽ. Secundo quando vni totum, ⁊ alteri partem. Tertio qñ vni totum ⁊ alteri totum. Quarto qñ pluribus totum, ⁊ alteri partem. Secunda ibi, ſed ſi exceſſerit. Tertia ibi, ſed ſi duos. Quarta ibi, ſed ⁊ ſi duos. Opp. ad ver. ſed ſi exceſſerit de l. cũ queſtio. C. de le. Multa dicuntur ꝓ ſolutione huius cõtrarij. Veritas eſt, ꝙ hoc debet intelligi ꝙ hic conſtat ꝙ teſtator voluit tranſire ad dipondium. Quod apparet, ſi teſtator dixiſſet. Titium inſtituo in duodecim vncijs, in alijs ſex inſtituo Sẽproniũ. Ex hoc ꝙ dixit in alijs apparet ꝙ voluit ad dipondium tranſire, licet hic in tex. nõ declaret. Diſtingue ergo. Quandoqꝫ teſtator relinquit vni partem, ⁊ alteri partẽ j. aſſem, ⁊ loquitur hic §. in prin. Quandoque relinquit vni totũ ⁊ alteri totũ, ⁊ non eſt dubiũ ꝙ concurrunt, vt hac l. §. ſed ſi duos. Quandoqꝫ relinquit vni totũ, ⁊ alteri partẽ, ⁊ tunc aut conſtat ꝙ illud quod dabat ſecundo, voluit adimere a primo ⁊ ſtamus certo, Aut nõ conſtat ꝙ voluit adimere, ⁊ ita loqꝛ verſ. ſed ⁊ ſi. Aut eſt dubium, ⁊ tunc eſt diſtinguendũ. Aut primo relinquit partem, ⁊ poſtea totũ. Aut primo totum, ſecundo partẽ, vt no. in l. cum queſtio. C. de leg. Facit quod dicam j. ad Trebellia. l. Marcellus. ⁊ l. qui quadringenta. ⁊ vide gl. que inci. ex aſſe inſtitutos, ⁊c. Dicit gl. not. quantum ad ſubſtantiam rei hereditarie, quia in qualibet vncia erit tantum de ſubſtantia hereditatis, quantum de primo, licet habeat pauciores vncias.

LEX. XIIII.

SI quis heredes ita. Opp. ſ. de l. proxi. vbi illa verba, tertia quarta, ⁊ ſimilia ſignificant modum portionum, non ordinem. Reſpon. hoc propter ꝑcedẽtia verba, ſcilicet, prima ⁊ ſecũda, que ſunt mere ſignificatiua ordinis. Secus ſi illa verba non eſſent appoſita, ſed alia, tũc eſſent modificatiua, vt ſ. l. proxi. in fi.

LEX XV.

a ☞ Relatiuum quis vel qui, quando faciat veram relationẽ, non ſimplicem.

IVlianus. Relatiuum quis, vel qui ĩ dubio facit veram relationẽ nõ ſimplicem. h. d. No. ꝙ in ſummario. facit l. triplici. de verb. ſig. Opp. † ꝙ faciat ſimplicem relationem non veram l. dominum. C. de iniur. l. iij. C. de neg. geſt. Reſpon. de ſui natura facit verã, vt hic, ſed vbi reſultaret iniquitas, debet ĩtelligi ꝙ faciat ſimplicem relationem, vt in contrarijs: ⁊ in ſacra ſcriptura, mulier damnauit, que ſaluauit. ꝙ no. quia facit id ad ſaluandum [a] dicta teſtium. [b] Vltimo no. gl. ſuper verbo, quindecim partes. in fine, glo. ibi, ꝙ cum quilibet ex primis reliquerit minus, ſecundo plus. ꝙ hec lex hodie non eſt correcta. vt no. per gl. in d. l. cum queſtio. C. de leg.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Ad ſaluandum. Et hoc ſequitur Rom. in l. j. in prin. ſ. de ope. no. nuncia.

b POMA. ¶ Dicta teſtium. Vide Alex. conſi. cxij. ver. preterea vo. ij. §. Rom. conſi. xxx.

LEX XVII.

ITem quod ſabinus. Hic icipit tractare aliã materiam, quando aliquis eſt inſtitutus ſine parte.

1 ☞ Coniunctio que cadit inter orationes, non inducit coniunctionem realem.

§. Vnde idem. Iſte ver. eſt fortis. Caſus eſt, quod quoſdam iſtituit ex vndecim vncijs ⁊ duos ſine partibus, illam vnciam habebunt illi, q ſunt ſcripti ſine partibus, ⁊ ſi vnus ex eis repudiat ſemiunciam, omnibꝫ accreſc. h. d. Opp. ꝙ ille ſolus ſine parte ſcriptus ad illã ſemiunciam vacantẽ admittatur, l. j. §. ſi vero quidã ex heredibus. C. de cad. tol. Sol. dicit gl. intelligas ꝙ hic duo inſtituti ſine partibꝫ non erant verbis coniuncti. Ponẽdum eſt ergo ꝙ quilibet erat inſtitutus in diuerſis orationibus. Sed cõtra hoc op. de l. ſi ita quis heredes. j. eo. Gl. ſoluit optime. Sed op. licet iſti non ſunt coniuncti verbis, vt dictum eſt, ſunt tamen cõiuncti re, q2 ad vnã portionem vocantur. Glo. dicit, fateor ꝙ ſunt coniuncti re inter ſe, ⁊ etiã ſunt re coniuncti cum alijs inſtitutis in vndecim. ⁊ ſic omnes admittuntur. vt hic in fi. glo. quam vide. Iſtud ꝙ alij ſunt coniuncti re, eſt manifeſtiſſime falſum. nam diſtinctio partiũ facit ceſſare coniunctionẽ realem, l. re cõiuncti. j. de leg. iij. ſed hic primis diſtinctim aſſignauit vndecim vncias. Alij inſtituti ſine partibus vocantur ad vnciam vacantem, ⁊ ſic nõ ſunt re cõiuncti. Pe. in d. §. ſi vero qdã dicit, ꝙ hic nõ erãt cõiuncti re, ſed oẽs verbis. ⁊ intelligebat ꝙ inter inſtitutionem factam de illis, qui ſunt inſtituti in vndecim vncijs, ⁊ inſtitutionem factam ſine partibus, eſt copula, ex qua reſultaret coniunctio verbalis, ꝙ eſt falſum manifeſtiſſime. nã † coniunctio que cadit inter orationes, nõ inducit cõiunctionem verbalem. vt ſ. qui. mo. vſufr. amit. l. ſicut annos. §. j. C. de cad. tol. l. j. §. his ita. ver. hec ita tam varie. ibi, ꝓpter vnitatẽ ſermonis, ⁊c. j. de le. ij. l. Meuio. in prin. ⁊ ibi dixi vnde igit eſt hoc ꝙ omnibus accreſcit: Reſpon. debemus intelligere ꝙ hic non ſunt cõiuncti verbis, vt dixi. Itẽ nõ ſunt cõiuncti re cum primis inſtitutis in vndecim vncijs, vt dixi, nec inter ſe. Licet em̃ vocentur ad eandẽ vnciã, hoc non ſufficit ad inducendam cõiunctionem realẽ, ſed ita demũ dicitur re cõiuncti, quãdo ad eandẽ portionem vocantur inſolidũ ex expreſſa diſpoſitione defuncti, l. j. in fi. ⁊ l. ij. cum ſua gl. ⁊ l. inde Neratius. in princ. ſ. de vſuſfr. accre. Sed iſti non vocantur ex expreſſa voluntate defuncti, quia eos inſtituit ſine partibus, ⁊ ſic non ſunt re, nec verbis coniuncti, quantum ad ius accreſcendi, ⁊ hoc vult dicere text. ſi bene aduertatur, ſed quia portio hereditatis deficiens accreſcit inſtitutis ideo accreſcit omnibus. Hoc vult dicere tex. hic dũ dicit quantum ad ius accreſcendi accreſcit omnibus.

a §. Sed ſi. [a] No. ꝙ ille cui relinquunt reliq. ſi nihil ſupererit nihil habebit ⁊ ſic eſt finis pro hoc m...

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Sed ſi. No. iſtum tex. in ver. aliter, atque ita ſcripſiſſet, ⁊ in verſi. ex reliqua parte, quia concordat cum tex. in l. ij. de here. inſti. ⁊ cum l. ſimiles. la. ij. ff. de teſt. mil. De verbo reſiduum aliquid dixi in d. l. ij. ⁊ vidi da hoc verbo, reſiduum, alias dubitari ſuper vno reſcripto impetrato a ſummo pontifice, per quendam priorem cuiuſdam monaſterij, ꝙ poſſit teſtari de fructibus ⁊c. cum alias ſine tali impetratione nõ poſſet, ⁊ aliquid dixi poſt Bal. in l. fi. §. nõ autem. C. de bo. que lib. in rectore eccleſie. Nã in reſcripto cõtinebatur ꝙ cõceſſa fuit gratia ſacerdoti, ſeu priori ꝙ poſſit teſtari, in qua dicebatur prout ibi placuerit ordinare ⁊ diſponere, ac ſuper hoc teſtamentum facere, ⁊ concedere libere, ⁊ licite valeas, plenã, ⁊ liberã concedimus facultatẽ: volumus autem ꝙ in diſpenſatione bonorum dicti prioratus, ⁊ aliorum beneficiorũ iuxta quantitatem reſidui, ergo ipſum prioratum ⁊ alias eccleſias, a quibus illam percepiſti, te liberalem exhibeas ꝓut conſcientia tibi dictauerit, ⁊ anime ſaluti videris expedire. Stat dubium nunc propter illud verbum reſidui, pro quota parte Papa cõceſſit ꝙ teſtaretur iſte Prior, ⁊ reſiduũ relinqueret eccleſijs a quibus percepit, ꝓut conſcientia dictauerit, ⁊ anime ſaluti viderit expedire, quoniã quo ad iſta verba inferiora, Papa voluit dicere ꝙ reſiduũ bonorũ ꝙ ꝑceperit ab eccleſijs. relinquat eis ſecundum ꝙ ab eis percepit, q2 voluit Papa ꝙ illud ꝙ percepit ab vna eccleſia, illi eccleſie relinquat. Iſtud importãt iſta verba inferiora, ⁊ ſic apparet ꝙ lꝫ Papa concedat plenã, ⁊ liberã facultatem teſtãdi de bonis queſitis intuitu beneficiorũ, tñ reſtrinxit illã liberã facultatem in reſiduo, ideo eſt aduertendum quid erit illud reſiduum. Nã cũ iſta gratia ſit preiudicialis eccleſijs a quibus percepit bona, ⁊ ad inſtãtiã ſui emanauit dicta cõceſſio, ideo iſta gratia reſtringi debet inquantum põt, vt euitetur preiudicium tertij, c. ſuper eo. de offi. del. c. quamuis. de reſc. in vj. §. ſi quis a principe. ⁊ §. merito. ff. ne qd in loc. pub. ⁊ l. nec ... C. de eman. liber. ⁊ c. lꝫ in corrigendis. de off. ord. ⁊ ſic lꝫ beneficia principum ſint late, ⁊ latiſſime interpretanda. l. beneficium de cõſti. prin. c. cũ dilecti. de dona. cap. viſis. xvj. q. ij. tamen illud eſt verum

eſt verũ,quando agitur de preiudicio ipſius cõcedẽtis,vt dictis iurib⁹.ſed quãdo agitur de preiudicio tertij,tunc ſecus,qꝛ nõ eſt de itentione concedentis preiudiciare tertio,niſiquatenꝰ eſt expreſſum in gratia,ſeu priuilegio,⁊ cum ad interpretationẽ iſti⁹ prioris dicta gratia fuerit conceſſa,ſequitur qꝺ in dubio dꝫ fieri interpretatio cõtra ipſum Priorem impetrantem.c.ꝯtra eũ de re.iu.in vj.⁊ l.veteribus.de pact.⁊ l.quicquid aſtringende.ꝺ verbo.ob.Licet enim in dicto reſcripto dicatur ⁊ de quibuſcunque bonis.tam ratione dicti prioratus,quã ratione aliorũ beneficiorũ tutorũ,que in preſenti obtines ⁊ in poſterũ obtinebis,tñ Papa nõ cõceſſit qꝺ omnibus illis bonis poſſit teſtari ſed duntaxat voluit declarare de quibus bonis poſſit teſtari,qꝛ eum habebat bona queſita ex pluribus beneficijs.Papa indulſit ei qꝺ bonis quibuſcunque tam prioratus,quam aliorum beneficiorũ Hoc apparet ex verbis inferioribus dum dixit iuxta quantitatẽ reſidui,vnde voluit qꝺ reſiduum dictorũ bonorũ teſtetur erga prioratum,⁊ beneficia,⁊ ſic non conceſſio qꝺ poſſit vni,vel pluri b⁹ relinquere omnia bona que acquiſiuit ex dictis beneficijs,vt iam fecit dictus Prior inſtituendo cõuentus in quo erat Prior:quoniã reſiduũ debuit diſponere,⁊ diſtribuere alijs eccleſijs a quib⁹ illa bona percepit.Ergo nõ potuit teſtari de omnibus, bonis inſtituendo dictũ monaſteriũ.Unde videtur velle qꝺ illud verbũ reſiduum importet lucrum qꝺ dictus Prior acqſiuit de dictis eccleſiis,vt ſic in illis diſtribuere,⁊ relinquere ꝺbeat,vel ſaltem dimidiam omniũ bonorũ.Et hoc eſt tex.valde ſolẽnis in l.ij.C.de heredib.inſtit.in verſi.nã reſidui commemoratio etiã totũ admittit vbi ſi teſtator inſtituit incapacem in certa portiõe, ⁊ alterum heredem inſtituit in reſiduo.ille inſtitutus in reſiduo videtur inſtitutus in totũ patrimoniũ defuncti,qꝛ ꝓpria ſignificatio illius verbi reſiduum vel verbi,reliqua importat totũ patrimoniũ defuncti.facit qꝛ habetur in l.quanquã.C.de teſt.mi. ⁊ l.amiſſi.in prin.ff.de fideiuſſo.⁊ l.ei.qui.ff.de dona.cau.mor.⁊ l.ceterorum.ff.de verbo.ſignificationi.tex.hic.⁊ que i ſimili dixi in d.l.ij.⁊ ſic iſta verba adaptãtur in totũ.Si ergo nõ apparet ꝓ q̃ta parte Papa voluerit iſtũ poſſe teſtari de bonis eccleſiarũ videtur quod totũ,qꝺ ex dictis eccleſijs fuerit ꝑpetuum,veniat reſeruandum ipſis.⁊ qꝺ remaneamus in diſpoſitione iuris, communis,l.ſi extraneus ff.de con.ob cau.l.ſi cum dotem,in pri. ſolu.matrimonio,cum ſi.⁊ illa verba,de quibuſcunque in bonis non',intelligitur,quod omnia bona poſſit.Relinquere Unde non intelliguntur de generibus ſingulorum,ſed de ſingulis generũ.Iſto modo loquendi vtiꝛ gl.in l.j.in ver.omnib.C.communia de leg.⁊ in c.nã concupiſcentiam.de conſti.⁊ ſic Papa voluit ꝙ poſſit teſtari de bonis cuiuſcunque beneficij,ſed nõ de bonis omnibus ſuorum beneficiorũ.Uide alias rationes ad hunc caſum,licet non ad materiam quas poſui in d.l.demonſtratio.ꝺ cond.⁊ demon.ergo licet dicat de quibuſcunque bonis,⁊c.tamẽ reſtringitur ad eccleſias,in quibus fuit beneficiatus,⁊ ſic non de omnibus bonis dicti prioratus.Et ſi dicatur reſiduum importat medietatem totius,vt voluit gl.coniuncto tex.in l.ſi reſiduũ.C.de diſtra.pig.vbi dr̃ reſiduũ debiti ſi paratus eſt ſoluere ⁊ gl.in ver.reſiduũ exponit,id eſt partẽ,q̊ caſu appellatõe partis venit reſiduũ id eſt,mediũ totius,vt ꝓbaꝛ in l.nomẽ filiarũ.§.portionis.ff.de ver.ſig.niſi reſtringaꝛ ꝑ adiunctũ,qꝛ dicaꝛ pars aliqua,qꝛ tunc importat minus dimidia,vt eſt gl.valde ſingularis in cle.j.de for.cõpe.¶ Adde de hoc verbo,reſiduũ,ꝙ ipſe conſuluit.cõſi.xxxvj.iiij.vo.Pom.¶ Uide Lar.conſi.lxviij.

LEX XVIII.

**Queſitum eſt.** Inſtitutus ſine parte habebit ꝙ deeſt ad dipondiũ.h.d.

LEX XIX.

**Ex facto etiam.** Uerba enunciatiua cõditionaliter ꝓlata nõ inducũt diſpoſitionẽ.h.d.Dixi plene in l.ex hac ſcriptura.j.de dona.Hic eſt duplex litera.Una,quẽ nõ inſtituerat.Alia,quem inſtitueram.⁊ ſunt verba teſtantis,⁊ ꝭm iſtã poſui ſummarium.Ad hanc oppon.de l.ex hac ſcriptura.infra de dona.Solu.ibi verba enunciatiua proferebantur principaliter propter ſe,hic incidenter propter aliud,qꝛ conditionaliter. ¶ Secundo debes ſcire,ꝙ hec lex legitur duobus modis.Quidã formant queſtionem,an Seius qui dicebaꝛ inſtitutus admittatur.Et reſpõdebaꝛ ꝙ non.⁊ ꝭm iſtam poſui ſummarium.Alij ponunt,ꝙ fiat queſtio in ſubſtituto,⁊ illam reprobat gl.imo dicit ſubſtitutum admitti.ad hoc oppo.Conditio de preterito falſa vitiat inſtitutionem.l.ij.ꝭ.eodem,ergo hec ſubſtitutio nõ debet valere.Solut.dic ꝙ hec cõditio erat de futuro,ſcilicet ſi heres non erit,licet implicet aliquid preteritum,ſcilicet quod euꝫ inſtituerat.Simile in l.cum tale.§.pe.de condi.⁊ demonſtr.Ad idem oppon.quod illa verba ſi heres non erit,debeant intelligi de eo qui poteſt eſſe,⁊ non vult eſſe,l.pater ſeuerinã.in prin. de condi.⁊ demon.ſed hic ille,qui dicebatur inſtitutus non põt admitti,ergo nec ſubſtitutus,Solu.vt dixi in contrario.

LEX XX.

**Quod loco.**

**§.Si iam mortuo.** Uerba teſtatoris debẽt intelligi perinde,acſi eſſet illud ꝙ teſtator putauit.h.d.pulcher caſus eſt.No per gl.i l.ſeruo.de condi.inde.Et no.iſtud quod dicit gl.ꝙ verba debent intelligi prout teſtator putauit.dixi in l.quoties.§.ſi duo.ꝭ.eod.

LEX XXI.

**Trebatius.** Cpp.hic dicitur ꝙ erit liber,⁊ heres,cõtra j.de vulg.⁊ pup. l.qui liberis.ſub conditione.So.vt gl.Uel dic.ꝙ iſta cõditio dependet ex facto teſtatoris,vnde nõ faciẽdo videtur ꝑnituiſſe,hanc l.cum ſeq.proſequere vt habes in gloſ.

LEX XXII.

1 ☞ Bonorum poſſeſſio que datuꝛ pendente conditione,tribuit illam adminiſtrationem,quam habet curator bonorum.

**Si quis inſtituatur.** Eſt difficilis lex ⁊ diuidiꝛ i duas partes principales.Primo põit,ꝗd ꝓ̃t facere heres inſtitutus in diẽ certũ vel incertũ.Scꝺo ꝗd poteſt facere iudex.Secũda ibi,ſed ſi bonorũ poſſeſ.Miſſus i poſſeſſionẽ pendẽte cõditione,põt oia facere q̃ curator datus poſſet h.d.ꝭm vnã lec.Cppo.bonorũ poſſ.que petiꝛ pendẽte cõditiõe non tribuit ius,ſeu effectum,l.ij.§.ſi ſub conditione.j.de bonor.
a poſſ.ꝭm tabu.Si tribuit ius vel iuris effectum,ergo interim[a] nõ poteſt alienare.Gl.dicit ꝙ illud.ꝙ permittit alienare.refertur ad eum,qui inſtitutus eſt in diem certum,⁊ ſic habetur vt pure inſtitutus,ſed hoc eſt contra mentem legis que ꝺ vtroqꝫ pariter loquiꝛ.Hic ergo ꝭm Iac.de Are.⁊ melius,ꝙ bono.poſ.interim non tribuit ius,ſcꝫ,ius reſidens in perſonam heredis,ſed interim poteſt alienare,vt curator datus bonis,⁊ hoc puto verum per l.j.C.de iure delib.Sed cõtra hoc facit text.qui dicit,diſtrahere tanquã heres,⁊ eod.modo poteſt a creditore conueniri ſe-
1 cundũ eundem Iac.de Are.¶ †Not.etiã diligenter,ꝙ bonor. poſſ.que datur pendente cõditione tribuit adminiſtrationẽ illã que cõpetit curatori bonorum.Cpp.quilibet poteſt vendere rẽ alienam,l.rem alienam.de contrah.emp.Sol.ꝑoteſt alienare,⁊ dominium transferre.vt hic:quod non eſt in alio alienante rem alienam.Ulterius oppo.ꝙ vere vendat rem alienã,l.ij.§.ſi ſub conditione.j.de bo.poſſ.ſecundum tab.Sol.ibi miſſus omnẽ euentũ habiturus erat filius,hic nõ erat heres habiturus,in omnem euentum.

ADDITIO.

a ALEX.¶ Interim.An heres inſtitutus ſub conditione poſſit interim pendente conditione petere bonorum poſſeſſionem ꝭm tabu.⁊ an faciat ius,vide Ly.in l.filijs matrem.C.de inof.teſt.⁊ ibi ad eum ſe remittit Bal.

1 ☞ Iudex citans aliquem ad hoc vt ſciat an velit eſſe heres,debet ei dare tantum tempus quantum habet ad petendum bon. poſſeſſionem.
2 Inſtituto ſub cõditione poteſtatiua,põt non ſolum ſtatui tempus vt impleat cõditionẽ,ſed etiã iura ꝙ adeatur hereditas.

**§.Sed ſi bonorum.** Hic loquitur ꝗd habeat facere iudex aliquo iſtituto ſub conditione.⁊ ſubdiuiditur,qꝛ primo loquitur de iſtituto ſub conditione poteſtatiua.Secundo de inſtituto ſub cõditione caſuali.Secunda ibi,item ſi cõditioni.Si inſtitutus differt cõditionem poteſtatiuã implere,ei ad hoc per iudicẽ terminus ſtatuetur,h.d.Opp.⁊ videtur ꝙ non ſit neceſſe ꝙ iudex ſtatuaꝛ tempus qꝛ lex ſtatuit ꝙ impleat quã primum põt.l.hec conditio.de cond.⁊ dem.glo.ſoluit notabiliter,ibi in legato,hic in inſtitutione heredis,ratio eſt,quia in inſtitutione heredis eſt maius periculum,ideo heres non eſt ita grauandus.⁊ hãc tenet Pe.⁊ Ly. C.de inſt.⁊ ſubſt.l.j.dixi in l.ſuus quoqꝫ.§.fi.ꝭ.eo.Quero quid
a vult dicere[a] tex.ꝙ pretor imitetur edictum ſuum.gl.dicit quod nõ habeamus,ſed credo ꝙ habemus.Nã extraneis ad petendũ bon.poſ.pretor indulget centum dies:deſcendentibus,an non: de illo edicto loquitur hic,quod pretor debet imitari ſtatuendo

tantum tempus, quantum per illud edictum ſtatuitur ⁊ nõ mi-
nus. quod no. multum probatur in l. ij. ſ. de iure deliber. ⁊ l. j. §.
Largius. de ſuc. edi. ꝙ eſt menti tenendum, q2 aſſeſſores in hoc
multũ errãt ſtatuendo minus tempus ad deliberandum, an ve-
1 lit adire, vel nõ. Et ſic no. † ꝙ ſi iudex fecit aliquẽ citari, vt ſciat
ſi vult eſſe heres vel nõ, debet dare tantũ tempus, quantũ datur
ad petendã bo. poſſ. Et non poteſt minus tempus ſtatuere, vt le
gibus prealleg. ⁊ per hoc mille proceſſus deuaſtabunt. Quero
quid erit elapſo termino dato a iudice. Reſpõ. videbit defecta
cõditio, vt hic. Nec eſt eſt locus illi diſtinctioni, que fit in l. quan
diu inſtitutus. de acq. here. Non enim poteſt hoc videri heres
adire, cũ nondũ erat purificata inſtitutio. Simile in l. ſi ſeruus.
2 ſ. de bon. author. iud. poſ. Ultimo no. † ꝙ inſtituto ſub cõditiõe
poteſtatiua, nõ ſolũ poteſt ſtatui tẽpus, vt impleat conditionem
ſed etiã poteſt ſtatui tempus, intra quod adeatur hereditas, vt
hic dicit tex. quod pro tanto eſt aduertendum, q2 ſtatuitur tem-
pus eo tempore quo nõ poteſt facere, ſed q2 poteſt facere vt poſ
ſit implere conditionem, ⁊ ideo hoc fit.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Uult dicere. Uide Alex. conſi. iiij. vol. ij.
1 ☞ Proclamatio, an ſufficiat generalis quãdo creditores vo-
lunt agere contra bona hereditaria, ⁊ non reperitur heres.

